



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Praxis Bene Meditandi**

**Berzetti, Nicola**

**Coloniae Agrippinae, 1658**

De consolationibus.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56496](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56496)



*De Consolationibus.*

**E**xaminabit consolationes, quas habuit, inquirendo earum causas, & pro ipsis gratias agendo. Consolationes autem consistunt, primò in certis quibusdam motionibus internis, quibus adducitur homo, ut nullam creaturam amet, nisi propter Deum. Secundò in lachrymis, ex amore vel dolore, vel alia causa quæ recta ad honorem Dei ordinetur, ortis. Tertio in augmento Spei & caritatis. Quarto in omni genere lætitiæ, quæ animum ad perfectionis studiũ impellat. Quintò in divino lu-

mine,



mine, quo res aliqua alias incognita bene cognoscatur, aut alias quidem cognita, melius & clarius apprehendatur sive intelligatur.

*De Desolationibus.*

**E**Xaminabit desolationes, si fortè aliquas est passus, & earum causas investigabit, excitando dolorem de culpa, si quam commisit, & veniam deprecando cum proposito emendationis. Nomine desolationis intelligitur, primò quidquid velū quasi oculis animæ prætendit, ne ea videat, quæ ad gloriam Dei, & suam propriam perfectionem